



**R. P. Maximiliani Sandæi E Societ. Iesv Doct. Theol.
Paradisvs Amantium, Colentium, Imitantium Christvm
Crvcifixvm**

Sandaeus, Maximilianus

Coloniae, 1648

44. [i.e. 54.] Imitatione Domini sui, propter gaudium, & gloriam inde
sequuturam sustinentis Crucem, gauditer Crucem amplectitur proposito
sibi eius præmio.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55065](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55065)

fusionem; proposita approbatione, eligit contradictionem.

a. Hebra. xii. 2. b. Legendus ibi Ribera, Iustinianus, Vasquez, Cornelius.

IV.

AMATOR CRUCEFIXI

imitatione Domini sui, propter gaudium & gloriam inde sequuturam sustinentis Crucem, gaudenter Crucem amplectitur, proposito sibi eius premio.

§ 40

QVOD de CHRISTO Domino dicit Apostolus, proposito sibi gaudio sustinuit CRUCEM, a. haud malè exponunt præclari Interpretes, b. vt significet, gaudium illud Christo fuisse propositum, tanquam præmium CRUCEIS, atque ita sustinuisse CRUCEM, vt mereretur & assequeretur gaudium, quod Pater illi proposuit, tum per se, tum per Angelum, qui CHRISTVM initio PASSIONIS in agonia constitutum, cum in Horto supplicaret, confortauit.

Gaudium est premium Crucis.

Is enim Christo in parte inferiori, Derelictio quæ à parte superiori derelicta erat & in Christo, exposita dolori ac passioni, non interior in phantasia, sed exterius voce corporali

G propo-

146 CHRISTVS CRVCFIXVS

*Gaudium,
& Exal-
tatio ex
Passione.*

*Apostoli
Martyres
Religiosi
Crucem
complexan-
tur.*

proponerebat gaudium ex CRUCE sequu-
turum: nempe, Resurrectionem & glo-
riam corporis æquæ ac nominis sui, &
salutem hominum, qui CHRISTVM
CRVCFIXVM, vt SALVATOREM agno-
scerent, colerent, adorarent, templa illi
erigerent, Sacerdotes constituerent, &
CRVCFIXI nomen toto orbe circum-
ferrent ac celebrarent. Itaque propter
hoc gaudium sibi propositum, sustinuit
CRUCEM, confusione contemptâ.

Sic exemplo Christi, Apostoli, Mar-
tyres, Confessores, Virgines, proposito
sibi gaudio, propter sequuturam inde
læticiam, propter victoriam & coronâ,
propter fructum sempiternum ample-
xati sunt CRUCEM, confusione præsen-
ti contemptâ. Sic Miles, proposita sibi
victoria, vt præmio, acerrimè dimicat:
sic agricola proposito sibi denario diu-
no alacriter laborat: sic Viator proposita
mercede iter suum constanter peragit.

a. Hebraeor. xii. 3. b. Theodoretus & alij
Quem sensum simpliciore, planiore
germaniore, & significantiore prius
existimat Cornelius. Sed superiorem mo-
dus probans alij.